

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.



Pra. 23. num. 5.

8

1653, 7.

DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,
De
INSTRUMENTO
GUARENTIGIATO,

Quam
D. T. O. M. A.


EX
DECRETO ET AVTHORITATE
MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET
AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM
ordinis, in celeberrima Universitate
Argentoratensi

*Pro consequendis in utroque Jure Honoribus
ac privilegiis Doctoralibus*

Publicè ventilandam exhibet

HENRICUS SCHBEE
BREMENSIS.

Ad diem 19. Septembris, loco horisq; consuetis.



ARGENTORATI,

Typis JOSIAE STÄDELII, Academiae Typographi.

M. DC. LIII.



x. 6. quod
altiore
tatim (in-
eradmit-
ulationis
it, facite-
rb. decre-
cum non
u militat,
cognitio-
S. th. 4. C.
h. t. n. 10.
sch. d. D.
quæ alia,
fui Acade-
pero æqui
t quædam
cetera im-
munia,
Docto-
sententiis,
ue. vero si-
ut proprio
exercito ar-
quid cone-
rem esse in-
controver.

1881

HRI-

loq. Profess.



MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS
ET PRUDENTISSIMIS
VIRIS

DOMINIS


CONSULIBVS ET
SENATORIBVS
LIBERÆ ET IMPERIALIS REIPUBLICÆ
BREMENSIS,
PATRIÆ PATRIBUS VIGILANTISSIMIS,

Dominis Fautoribus, Cognatis & Affinibus

perpetuū colendis

Disputationem hanc Inauguralem
reverenter & officiosè inscribit

Author.



antequ
borum
termin
I
n.i.dici
tionibu
apud M
adepta
probat
fication
causa in
tur d.l.
pitur p
blica, si
pign.l.u
instrua
publica
Hæc in
oder offe
de An. 15
de fid. In
I
exoticu





I. N. D.

L.



QUANTUMVIS potior rerum quam verborum cura sit habenda; & prior atque potentior quam vox sit mens dicentis: Attamen vocum curam non planè abjiciendam & contemnendam esse docet *l. 7. §. ult. ff. de Supell. leg. & Keckerm. syst. log. l. 1. sect. post. c. 1.* Proinde

antequam ad ipsius rei definitionem accedamus; exterior verborum cortex non nihil erit levandus. Duo verò se hìc nobis termini offerunt, quos singulos paucis etiam lustrabimus.

I. Instrumentum ab instruendo *Wes. par. ff. de fid. Instr. n. 1.* dicitur. Cùm autem ista vox plurimis scateat æquivocationibus, propter diversas significaciones quas tum extra jus apud Mechanicos & in aliis disciplinis, tum etiam in ipso jure adepta est, nos missis aliis, solummodò quomodo in materia probationum accipiatur considerabimus. In latissima 1. significacione, nomine Instrumentorum veniunt omnia ea, quibus causa instrui potest *l. 1. ff. de fid. Instr. & ita nec testes excluduntur d. l. 1. l. 99. ff. de V. S. c. 4. X. de Testib. cog. vel non.* 2. propriè accipitur pro qualibet scriptura quæ causam instruit, sive sit publica, sive privata. *l. 5. C. de probat. l. 17. C. de fid. Instr. l. 11. C. qui pot. in pign. l. ult. in f. C. de Edend. 3.* strictissimè & per Excellentiam quòd instruat fidè plenè & in excellenti gradu sumitur pro scriptura publica, & hac ratione opponitur privata. *l. 1. C. de jur. propt. cal.* Hæc instrumenta cum adjectione vocari solent *offene Urkund/ oder offene Instrumenta Const. Maximil. von Notarien zu Eöln de An. 1512. in pr. ib. durch mittel der schrift. Hahn in observ. ad Wes. de fid. Instr. n. 1. verb. propriissimè.*

III. Altera vox est Guarentigiatum, quod nomen est exoticum, & juxta opinionem Coleri *d. proc. execut. p. 1. c. 3. n. 19.*

A 2

descen-

descendit à Guardia, quod apud Thuscos & Lombardos custodia & securitatem designat. Baldus guarentigiam firmitatem denotare asserit Bald. *in §. si a. 2. F. 34.* Guarentare enim apud Thuscos nihil aliud denotat, quam firmare, inquit Parlador. *lib. 2. rerum quotid. c. ult. part. 1. §. 11. n. 2.* Hinc guarentigiare, guarentare, guarentizare 2. f. 34. confirmare vel sufficienter & plenè securum reddere significat Hahn *ad Wes. d. n. 6. verb. Instrum. Guarent.* Bach. deducit à Germanico vocabulo *gewähren/* unde etiam Guarenda *in not. ad Tr. vol. 2. disp. 28. §. 4. lit. F.* Prior tamen sententia probabilior.

IV. Combinatis hisce duobus terminis aliis nominibus vocantur. Instrumenta Guarentigionata, Guarentigia, Instrumenta Guarentigiæ Col. & Hahn. *dd. 11.* Ab aliis instrumentis confessionata, rationem reddit Coler. *ibid.* à Parladoro & Besold. nominantur publica, liquida, plerumque à Col. & aliis Instrumenta Exequibilia, Executiva. Et sic iterum triplici modo accipiuntur. In latiori significatu instr. Guarent. denotat quodcunq̄ Instrumentum paratam executionem habens, sive id vi pacti, sive statuti & consuetudinis contingat Treutl. *v. 2. d. 28. §. 4. lit. F. & eod. vol. d. 5. §. 5. lit. C. Wes. in par. de fid. Instr. n. 6. 2.* Communiter à Dd. usurpatar pro Instrumento liquido, quod causante statuto vel consuetudine paratam executionem meretur. Parlador. *lib. 2. rer. quot. c. f. §. 11. n. 4.* licet clausula guarentigiæ ipsi non fuerit à Notario adjecta *d. §. 11. n. 5. Carpz. 1. F. p. 1. const. 8. def. 14. & seqq. Hartm. Pist. 1. 4. q. 12. n. 7. Hillig. Don. Enuch. lib. 24. c. 5. lit. D. in not.* 3. Propriissimè pro tali instrumento, in quo à Notario ad id rogato partibus istud ita volentibus & acceptantibus præceptum fit, ut observent contenta in eo. Guarentigia enim nihil aliud est, nisi quoddam præceptum, quod fit per Notarium de instrumento rogatum, partibus rogantibus, ut contenta in eo firmiter custodiant, Thusc. *pract. concl. 81. n. 1. lit. G. Boër decis. 295. n. 6. Coler. de process. Exec. p. 1. c. 3. n. 14. & seqq. Wehn. pract. observ. in voc. Guarentigia.* Et hinc olim Notarii vocabantur Judices Chartularii, quòd privilegium vel ab Imperatore, vel à statutis haberent, ut qui vellent, possent coram ipsis litigare. Besold. *Thes. pract. in voc. Notarius.* quæ tamè eorum potestas hodie apud nos exspiravit Col. *d. c. 3. ibiq̄ Dd. cit. Heig.*

p. 2. q. 7. n. 22. Et in hac ultima significatione definitur à Thuse, Wehn. & aliis. & hac ratione à duabus prioribus significationibus discrepat. Gilhaus. *arb. iur. Civ. c. 10. §. 15. n. 4.* Coler. *d. l. 2. p. 3. c. 2. n. 5. 6. & 7.* Nos priori & posteriori specie omitta mediam eligemus, eam pro tenuitate virium tractaturi.

V. Definiri sic poterit: quodd sit Instrumentum liquidum ex vi statuti vel consuetudinis paratam executionem obtinens.

VI. Originem ejus Italiae accepto ferendam esse nominis ratio indigitat, cujus vestigiis insequentia alia etiam gentes propter summam ejus quam profert utilitatem paulatim coadoptare consueverunt, formam tamen nonnihil immutatam, sed remanente nomine. Hoc pacto apud Hispanos, Gallos, & Germanos se insinuavit & pro cujusque loci genio à statutis & consuetudine novam formam & modum accepit.

VII. His itaque prælibatis, ad causam Efficientem accedimus. Causa Efficiens est statutum vel consuetudo instrumentis nonnullis talem vim & Effectum inspirans. Divortium verò hac in parte statuta à Jure Communi Civili fecerunt. Quippe hoc instrumentis non tales vires assignat, cum juxta illius constitutionem, cujuscunque generis instrumenta non definiant negotium, sed tantum probent. Sententia etenim, non v. obligationibus in instrumento transcriptis hoc competit, ut post se trahat paratam Executionem *l. 40. ff. de Minor. arg. l. 14. C. de pact. Wel. de fid. Instr. n. 6. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 1. c. 17. n. 1.* ibique *Id. alleg. Diss. tamen nonnulli à Tusch. d. concl. 81. n. 2. cit.* asserentes quodd omnia instrumenta clausulam Guarentigie annexam habentia etiam de Jure Communi paratam inducant Executionem idque propter confessionem partium *l. 25. §. fin. Ad l. Aq. & l. un. C. de Confess.* & propter præceptum Notarii seu Judicis Chartularij voluntariam habentis Jurisdictionem *l. 1. ff. de iud.* sed contrarium verius est, eoque magis, quia ejusmodi Notarij apud nos non habentur: nec ex confessione, sed ex instrumento hæc vis & Effectus resultat, nec statuta propter Notarios Instrumentis hunc nervum addiderunt, cum etiam sine ipsorum opera & interventu paratam obtineant Executionem uti infra fusiùs patebit.

A. 3

Itaque

Itaque ipsorum vis & efficacia tota dependet ex Jure statuta-
rio & consuetudinis Heig. p. 2. qu. 7. & seqq. Cacheran. dec.
129. n. 2.

VIII. Jus autem statutarium hîc in genere sumitur
tam pro eo quod ab universa aliqua provincia constitutum
est, & idcirco omnes in ista provincia degentes omninò obli-
gat, quod vocatur aliàs Jus Provinciale seu Landrecht; quàm pro
eo quod ab aliqua civitate est conditum, vulgoque nominatur
Jus Municipale, Weichbild Treutl. d. i. vol. i. ð. ult. lit. A. seu Wic-
bilette, de cujus notatione & origine vid. latissimè Assert. lib. Reip.
Brem. pag. 523. & 524. aliàs Willfür/Markrecht Belold. Th. pr. sub
voc. Statt. Statrecht. Hahn ad Wes. de ll. n. 3. verb. decreta. Licet
autè civitates olim tantùm potuerint cōdere decreta seu statu-
ta si essent juxta vel secundùm jus conformata, vel etiã præter
jus: non verò contra jus, nisi in specie à superiore essent con-
firmata, vel ejus consensu introducta c. 9. X. de consuet. absque eo
enim nullius erant momenti, siquidem Juri Civili reluctaren-
tur l. 9. in f. ff. ad l. Rhod. de lact. l. 3. §. 5. ff. de sep. viol. Bul. ad l. 9. ff. de
l. & l. n. 2. Hodie tamen omnes status Imperii, sub quibus etiam
continentur civitates liberæ Imperiales die freye Reichs. Städte
Gail. de Pac. Pub. lib. i. c. 6. n. 11. ex Jure superioritatis facultatem
habent condendi statuta, etiam si abrogent, vel detrahant, vel
mutent, vel contrariantur Juri Communi Reinking. d. Regim.
secul. lib. 2. cl. 2. n. 4. Carpz. l. F. p. 2. c. 14. d. 25. n. 5. dummodo tamè illa
non sint de reservatis Imperij, aut de illis quæ per clausulam
irritatoriam improbata, vel si nominatim cautum sit ut omnia
in contrarium nitentia statuta per eam cassentur & inducan-
tur. Kayserl. Const. zu Speier de An. 1529. post pr. & §. Damit
auch. arg. c. 1. de Const. in 6. Bul. ad d. l. n. 5. Extra hos casus ne qui-
dem de necessitate confirmatione superioris indigent, cum
non tantùm sine consensu, verùm etiam sine scientia superio-
ris plerumque introducuntur arg. c. 1. de constit. in 6. Confirmati
tamen ab imperatoribus quandoque solent, ut exinde majo-
rem sibi splendorem fœnorent: sicuti de J. Saxonico, quod an.
999. ab Otthone I. confirmatum est, testatur Treutl. d. i. vol. i.
ð. ult. lit. A. itidem & Carolus M. civitatibus Saxonix subjugatis
sua jura & consuetudines reliquit & confirmavit, idque ho-
diernis

diernis etiam moribus receptum est, ut soleant statutorum confirmationes peti.

IX. Inter statuta, quæ hanc vim instrumentis assignant, potissimum in Germania eminent Jura Saxonica. Inter quæ est constit. quædam Elect. Aug. renovata *de An. 1555. tit. von versetzten Brieff vnd Siegeln*, sanciens, quod instrumenta publica vel privata roborata sigillo debitoris & recognita debeant habere paratam executionem *Col. d. tr. l. 1. c. 3. n. 57.* Itidem Ordinatio provincialis 14. in Thuringia *Col. ib. & p. 3. c. 2. n. 8. & 9.* Et extat similis constitutio D. Frid. Ulric. zu Calenberg *tit. von untadelhafftigen Siegel vnd Brieffen de An. 1617. in Ducatu Wolferbyt. & Calenberg.* In Austria hoc itidem esse receptum scribit Heig. *p. 2. qu. 7. n. 24.* Talia quoque statuta in plurimis celebrioribus Imperij urbibus imprimis ubi commercia florent vigere asserit Experientia.

X. In definitione *sup. th. 5.* posuimus, quod hanc qualitatem Instrumenta etiam à consuetudine sibi possint acquirere, siquidem quoad Effectum non interest, utrum jus expresso vel tacito consensu fuerit introductum *l. 32. §. 1. ff. de ll.* Illudque procedit, non tantum, quando nihil de ejusmodi instrumentis in statutis cernitur dispositum verum etiam quando contraria lex vel statutum extat, quod Instrumentis qualibuscunque paratam denegat Executionem. Nec mirum! cum consuetudo de J. Civ. ipsas leges abroget *d. l. 32. §. 1. ff. de ll.* quid prohibet, quod minus consuetudo alicujus loci locales etiam leges vincere ac sustollere queat. Idque in specie de Jure Saxon. comprobatur *Treutl. d. d. 1. 8. ult. lit. A.* Suffultam autem illam oportet esse legitima temporis præscriptione *c. fin. X. de Consuet. & frequentia actuum l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuet.* Quantum verò temporis spatium & quot actus ad illam introducendam sufficiant, merito judicis arbitrio dispiciendum relinquitur *Sutholt. diff. 1. Aph. 92. Bul. ad l. 32. ff. de ll.*

XI. Cum autem anima legum sit ratio; inquirendum erit, quæ causæ & rationes invitarint horum statutorum conditores, ut à dispositione Juris Civ. deflecterent, ex quibus simuletiam se æquitas hujus juris commendabit. Rationes autem sequentes potissimum possunt assignari. 1, quia frequenter

ter ad impediendum vel differendum processum à Reis excep-
ptiones per excogitatum malitiam solent opponi. *c. 5. X. de dol.
& contum.* quales sinistros debitorum mores nativo suo colore
depingit *Eccl. c. 29.* cuius verba referre non abs re erit. Dum ac-
cipiunt (inquit) exosculantur manus dantis; In die autem red-
ditionis postulabunt dilationem & loquentur verba tædii
cum murmuratione ac causabuntur temporis injuriam, sin &
potuerint reddere adversabuntur, solidi vix reddent dimi-
dium, reputabuntque alterum quasi lucrum & fraudabunt
Creditorem pecunia sua, & ipse possidebit illos inimicos gra-
tis, convitiaque & maledicta reddent illi pro honore ac bene-
ficio rependendo ipsi contumeliam. cui etiam suffragatur illud
Plauti in *Trinummo*. Mutuo quod dederam talento inimicum
emi amicum vendidi. 2. Interest Reipubl. lites quàm primùm
sopiri, quarum dispendiosa prorogatio interdum ex subtili
ordinis judiciarii observatione oritur, prout docet experien-
tia *Clement. 2. de iud.* 3. Huc accedit, quòd non tantùm multas
expensas lis poscat *d. c. 5. X. de dol. & contum.* Sed & 4. facultati-
bus intermedio tempore debitor possit labi. 5. Et cum talia in-
strumenta sint liquida, quid est æquius quàm ut ad solutio-
nem expeditissimâ quaque via compellatur *arg. l. 56. ff. de re iud.
l. 1. & 6. ff. de Confess. l. un. C. eod.* 6. Præsertim cum etiam in Jure
Civili nonnulli casus dentur, in quibus absque strepitu judi-
cii hoc modo proceditur quos fusissimè recenset *Coler. de proc.
Exe. p. 1. c. 2. & Parlad. rer. quotid. l. 2. c. fin. part. 1. §. 1. & seqq.* 7. quia
pactum hanc vim potest instrumento conferre *Wes. w. d. fid.
instr. n. 6. Treutl. vol. 2. d. 5. §. 5. lit. E.* quamvis *Bachov. ib.* illud in
dubium revocet, cujus sententia utut de Jure Civ. sustineri
possit, contrarium tamen hodie liquet per *text. express. in R. N.
zu Speyer de An. 1600. §. ob auch obligationes.* idque in viridi esse
observantia dicit *Hahn. ad Wes. d. n. 6. verb. nisi ubi illud.* A pacto
verò ad statutum procedit affirmativè argumentatio. *Vid. de hoc
argum. genere Magnif. & Nobilif. Dn. D. Thabor, Patronus &
Præceptor meus summè colendus in part. Elem. coroll. ult.*

XII. Causa instrumentalis hinc potest esse vel ipse de-
bitor, vel ejus requisitione alius, uti Notarius. Unde dividi
consuevit, quod aliud Instrumentum sit *ἀυλόχιστον* sive *ὀλόγερον*
quod

quod totum manu propria scriptum est, aliud *ἐπιχειρῶν* quod totum per alium, aliud mixtum, quod ex parte manu propria ex parte per alium est conscriptum *arg. l. 29. C. de Testam. C. l. A. de fid. Instr. 8. 3.* Non exigitur ergo ut mediante Notarii opera perficiatur, cum primis de Jure Sax. *rubr. von vorsakten Brieff vnd Siegeln* ubi traditur, scripturam vel cautionem etiam privatam recognitam tamen, quatenus nihil turpitudinis contineat, executioni statim mandandam esse. Quod jus in aliis quoque provinciis obtinuisse affirmat *Coler. d. p. l. c. 3. n. 225.*

XIII. Materia subjectiva sive in qua Instrumenti Guarentigiati communis est cum aliis instrumentorum generibus. Parum ergo refert in publicis quoque Instrumentis utrum in charta vel pergameno sint confecta, licet id precise requirat antiqua Notariorum ordinatio *Maxim. de An. 1512. zu Colln. S. item die Notarien & aliis in Camera Imper. denegari processus testetur Gail. l. O. 119. n. 3. Mynf. l. O. 80.* ubi etiam istud aliquo praedictio confirmat. *C. l. A. de fid. Instr. n. 6.* quod & imprimis in instrumentis appellationis requiritur *Hahn ad Wes. de fid. Instr. n. 4.* ubi tamen istud aliquot limitationibus restringit. Ex consuetudine tamen hodie in ipsa etiam Camera chartacea recipi Instrumenta dicit *Arnold. de Reyger in addit. ad Mynf. d. l.* Et hoc propterea cum Consuetudo reddat aliquod Instrumentum Authenticum, quod aliis non esset Authenticum *c. 9. ext. de fid. Instr. Gail. l. O. 119. n. 4. Carpz. Jurispr. for. p. l. c. 17. d. 32. n. 2. Heig. p. 2. q. 7. n. 7.* Quocirca cum horum Instrumentorum vis ex statutis vel consuetudine dependeat, merito respiciendum, quid usus in unaquaque regione introduxerit, in qua si membrana non expressè requiritur, alia etiam in charta conscribi instrumentum poterit. Cessante siquidem dispositione statutaria vel consuetudinis peculiaris alicujus loci, locus fit. *J. Communi Vultej. de Feud. lib. 2. c. 3. n. 2.*

XIV. Objectum sunt quaecunque obligationes, sive ex vero contractu descendant sive ex quasi contractu *Land. Ordn. tit. von vorsakten Brieff vnd Siegel. Berlich. conclus. pr. 51. n. 37.* frequentius tamen in mutuo cernitur *Treutl. vol. 2. disp. 5. 8. 5. lit. C.* neque refert utrum obligationes sint principales an accessoriae, Et generaliter de cujuscunque generis obligationibus

B

nibus



nibus possunt Instrumenta Guarentigiata concipi, tam pro
sorte quàm pro damno & interesse Coler. *d. tr. p. 3. c. 1. n. 35.* nec
tantùm in iis veniunt, quæ expressim nominantur, verum
etiam quæ tacitè & indirectè comprehenduntur. *l. 3. ff. de reb.
cred. arg. l. 7. §. 12. ff. de Pact. Belold. Thes. pr. verb. Guarēt. Instr. Exclu-
duntur autem omnis generis actus & conventiones lege vel
statuto prohibita d. Const. Maxim. §. Es ist auch Notarius oder Ta-
bellio l. 14. §. 3. C. de SS. Eccl. 2. F. 52. c. 1. in fin. & 2. F. 55. vers. callid. quales
inter alia sunt contractus Usurarii Ord. Torg. de An. 1585. tit. von
wucherlichen contracten. §. Es tregt sich auch. vers. do aber dennoch
Berlich. concl. 84. n. 56. Carpz. l. F. p. 1. c. 8. def. 18. Thusc. pr. concl. jur.
81. sub. lit. G. n. 39. & simulati, præcipuè si in fraudem legis ten-
dant. *l. 55. ff. de Contr. Emt. l. 30. ff. de Rit. nupt. Carpz. d. c. 8. def. 19.**

XV. Nunc ad formam. Ad eam præcipuè requiritur,
ut sit i. Liquidum, siquidem pro jure vel debito illiquido exe-
cutio parata non admittitur Jas. Bald. & alii à Coli. *cit. p. 3. c. 1.
n. 2. & seqq. fac. arg. l. f. §. 1. C. de Compens. Heig. p. 3. q. 7. n. 20. Cache-
ran. decis. 129. n. 5.* Liquidum autem vocamus quod est certum
cujus species vel quantitas, quæ in obligatione versatur aut
nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungi-
tur qualis quantaque sit potest ostendi, vel de quo apparet
quid quale quantumve sit *l. 6. ff. de reb. cred. l. 75. ff. de V. O.* Aliàs
enim exceptione Instrumentum Guarentigiatum infringere-
tur. Licet nonnulli Dd. in contrariam inclinent sententiam
statuentes, non de substantia liquidationem debiti per instru-
mētum requiri, sed sufficere si postea per testes probari possit.
Rectius tamen ab hac sententia receditur Carpz. *c. 8. p. 1. def. 28.*
Hartm. *Pist. p. 4. qu. 10. n. 19.* Menoch. *de arbitr. jud. qu. l. 2. c. 1. n. ult.*
Cum enim statutum de Instrumentis tantùm loquatur von
flahren Siegeln vnd Brieffen/ testes eo nomine non veniunt.
fac. l. 7. §. f. ff. de supell. leg. l. 69 ff. de Legat. 3. Hahn *ad Wes. de fid. In-
strum. n. 1. verb. quare cum in statut. Coler. p. 3. c. 1. n. 12. & seqq.* & hinc
quoque amisso instrumento denegatur processus Executivus.
Col. *d. c. 1. n. 25.* Et hoc non tantùm, quoad sortem sed etiam ad
damna & interesse protenditur. Limitant tamen id nonnulli,
ut si testes statim intra terminum executioni præfixum produ-
cantur, & summariter absque solennitatibus ad processum.

Ordi-

Ordinarium pertinentibus examinentur: nonnulli id iudicis
arbitrio relinquunt Carpz. d. c. 8. d. 29. Hartm. Pist. qu. 13. n. 28. ubi
id & usu observari testatur. Vid. aliter distingu. Gail. l. O. 68 n. 6.
7. 8. & Mynf. 2. O. 6. Non tamen tunc etiam debitum liquidum
erit dicendum, quando instrumento insertum, quod debitor
super interesse velit stare nudæ assertioni creditoris: quia hoc
casu usurariæ pravitati optimum pallium ad obtegendas suas
imposturas indulgeretur fac. arg. l. 27. §. 3. & 4. ff. de Pact. præser-
tim in mercatoribus atque negotiatoribus qui aliàs etiam non
levibus præsumptionibus prægravantur quo fac. c. 11. 12. & 13.
dist. 88. Et hoc præiudicio aliquo obsignat. Coler. d. 17. p. 1. c. 10.
n. 147. & seq. Restringitur tamen si interesse ex consuetudine
loci vel ex alia relatione certum sit & determinatum licet id in
instrumento disertè non fuerit expressum Cacheran. decis. 129.
n. 13. Eatenus igitur executio parata petenda quatenus instru-
mentum est liquidum, quæ autem liquida nondum apparent
ordinario iudicio reservantur Coler. p. 3. c. 1. n. 37.

XVI. Ne sit 2. indiscretè vel indeterminatè loquens,
i. e. si non de causa cõstet quamvis debitum sit liquidum quod in
illo designatum est. Omisã enim causã propter exceptionem
obstantem perdit vires suas c. 14. ext. de fid. Instr. l. 2. §. 2 ff. de dol. &
mer. exc. Carpz. l. F. p. 1. Const. 17. d. 39. l. 25. §. f. ff. de prob. Ad causam
verò primariò requiritur ut vera sit non simulata Ex. gr. si in-
strumentum de mutuo loquatur & pecunia promissa lusu sit
perdita: simulatus etenim contractus est nullus l. 55. ff. de coner.
Emt. Et instrumentum simulatum licet habeat figuram Instru-
menti, essentiam tamen Instrumenti non habet Parlad. d. l. 2. c.
f. p. 5. §. 11. n. 14. Idque de J. Saxon. testatur Carpz. d. c. 8. d. 19. Dein-
dene causa sit erronea Berlich. p. 1. concl. 84. n. 62. quod etiam in
errore calculi affirmatur, licet illi fuerit renunciatum Carpz.
l. F. p. 1. c. 8. def. 19. Veruntamen consuetudine posse introduci
ut instrumento sine causæ expressione stetur probat idem
Carpz. p. 1. c. 17. def. 40. Hartm. Pist. p. 4. O. 39. n. 9. & seqq. denique
ut causa fuerit sequuta, ut si instrumentum mutui sit traditum
nec numeratio sequuta Hartm. Pist. p. 4. q. 12. n. 7. Coler. p. 1. c. 10.
n. 230. licet ei in instrumento expressè à debitore fuerit renun-
ciatum: quod tamen secus, si ex intervallo renunciatio conti-
gerit

gerit vel juramento confirmata fuerit Carpz. p. 1. c. 32. d. 65. Add. d. 66. 67. ubi quæstionem movet an & post biennium possit ob- jici paratæ Executioni: illa tamen inter mercatores non habet locum d. c. d. 69.

XVII. Ut sit 3. Authenticum sive Autographum aliis archetypus, matrix, scriptura originalis, tabula Authentica item mundum. l. 17. C. de fid. instr. Germ. das Original, Haupt- brieff/ Hauptverschreibung/ & est illud, cujus vigor ex alia non dependet scriptura C. l. A. d. fid. instr. n. 3. Ratio est, quia ex illo fides contractûs plenè & validè demonstrari potest l. 2. ff. de fid. Instr. & Bul. ib. & juxta Baldum, processus qui non fundantur super instrumento originaliter producto sunt ipso jure nulli. Excluditur ergò i. scheda per quam prima quasi elementa du- cuntur, & compendium rei gestæ comprehenditur, ut exinde Authenticum efformari possit, vulgò Imbreviaturam, Conce- ptum & Protocollum vocant Const. Maximil. von Notarien zu Cölln de An. 1512. § und insonderheit. Parladorus tamen hanc vo- cem aliter accipit d. c. f. §. 12. n. 15. Vid. etiam Rittershus. in Nov. p. 9. c. 24. n. 4. Cuj. ad Nov. 44. C. l. A. d. t. n. 3. & hoc propterea, quòd ejus usus ad hoc non sit destinatus cum tamen vigorem & fi- dem suam cætera instrumenta ex eo deducant Parl. d. c. f. p. 1. c. 12. n. 17. 2. Exemplum per l. 2. ff. de fid. instr. quod est descriptum ex Authentico, vulgò transumptum & copiam Copey/ Aufsug oder Abschrift nominant, regulariter non probans Auth. si quis in aliquo C. de Edend. nisi mutuo partium consensu sit descriptum vel si à partibus tãquam verum & justum fuerit approbatum Hahn ad Wes. d. t. n. 2. verb. Exemplar. Add. Parl. d. l. n. 18. 3. Index, qui Authentici sententiam brevius contractam continet vulgò Aufsug/ Extract. 4. Annotationes, Subnotationes, quibus nonnullæ memoriæ causa designantur, ut nomina debitorum aut debitæ quantitates vulgò Memorial l. 2. d. fid. instr. l. 17. C. eod. l. 5. 7. C. de prob. l. 36. ff. de div. rescr. l. 2. C. de conv. fisc. deb. C. l. A. d. d. 7. 5. Instrumentum relativè faciens mentionem de alio instru- mento, si non illud, de quo mentio fit simul producatum, Auth. si quis C. de Edend. Limitatur illud si in tali producto instrumento rei gestæ memoria plenè sit comprehensa, nam tum, cum men- tio alterius relati Instrumenti non tam conditionaliter quàm causa-

causativè fiat, producti Instrumenti fides planè non vacillat
per text. in c. 25. X. de V. S. Parlad. d. c. f. p. 1. §. 12. n. 24. sicuti exempl. gr.
in Instrumento fidejussionis, in quo fidejussor cõfitetur se fide-
jussisse virtute literarum inter principales confectarum: qua-
rum tenor in hoc præsentis Instrumento sit comprehensus. Co-
ler. p. 3. c. 1. n. 56. & seqq. Itidem si exhibeatur Instrumentum in
quo quis sit obligatus ad 100. aureorum solutionem, quos em-
ptionis nomine se debere dicat veluti ex ipso venditionis in-
strumento appareat. Etsi enim non simul proferatur allega-
tum Instrumentum nihilominus tamen paratæ Executioni
erit mandandum Parlad. d. §. 26.

XVIII. 4. Indubitabile i. e. quod non vitio aliquo visi-
bili laboret, sed in prima figura sine omni vituperatione ap-
pareat l. 3. C. de Ed. D. Hadr. toll. Quo repellitur 1. Instrumentum
cancellatum, cum istud liberationis præsumtionem regulariter
inducat l. 24. ff. de probat. 2. à veribus vel muribus arrosum.
3. vetustate abolitum & exesum ita ut exolescentibus literis
rectè legi nequeat. 4. spurcitie infectum. 5. per notas seu com-
pendia vulgò cifras exaratum. 6. aut rasum. 7. aut suprascri-
ptum in loco suspecto seu substantiali in quo vel nomina con-
trahentium vel rei summa continetur, aut dies solutionis, aut
testium, tabellionisve nomina, aut dies locustive contractus
Coler. d. c. n. 60. & seqq. 8. huc refertur si sit obscurum. 9. Am-
biguum 10. Perplexum ut intelligi nequeat Const. von Notarien
in Colln' de an. 1512. §. die Notarien. Parlad. d. §. 12. n. 62. 63. 64. ubi
nonnullas limitationes subterit.

XIX. 5. Purum. Conditionale enim paratam execu-
tionem non meretur nisi prius constet conditionem extitisse,
sive conditio expressa, sive tacita fuerit adjecta per l. 21. ff. de l.
Dor. ante diem etenim vel conditionem agi nequit l. 54. ff. de V. S.
l. 21. ff. eod. l. 7. ff. de compens. Hartm. Pist. O. 209. n. 12. nisi debitor
facultatibus labi cœperit aut de fuga sit suspectus Carpz. p. r.
const. 17. def. 37. 6. Ad huc durans i. e. nondum finitum per fini-
tionem contractus idque tum expressè tum tacitè l. 7. C. Locat.
l. 13. §. ult. ff. eod. Vel etiam satisfactione, ut solutione. Sub solu-
tionis autem nomine comprehenditur etiam compensatio
cum de Jure Civili idem sit solutionis & compensationis Ef-

B 3

fectus.

fectus, imò etiam species quædam solutionis l. 4. circ. fin. ff. qui
pot. in pign. l. 15. ff. rat. rem hab. l. 20. §. 2. ff. de stat. lib. Idem quoque
cautum est de Jure Saxon. ex Ordin. Prov. de An. 1555. Constit. 8. D.
Elect. Aug. verb. und die compensation keine reconvention seyn
kan / sondern eine exception und species solutionis ist / so lassen
wir uns gefallen / daß die compensation auf Sächsischen boden
unserer Länder als in fracht einer solution soll zugelassen werden/
jedoch daß dieselbe confessione partis, productis instrumentis,
oder sonst ex actis conventionis dermassen liquida sey / damit
es ferner und sonderlicher probation und außführung derohalben
nicht bedörffe. proinde nec testes, hinc admittendos sicuti neque
in solutionis exceptione, nec juramentum, concludunt Hartm.
Pist. l. 4. q. 13. n. 30. & seqq. Carpz. d. c. 8. d. 12. Vel pacto de non pe-
tendo, vel transactione. vel etiam si instrumentum fuerit no-
vatum, cum novatione intercedente prior perimatur, atque
nova constituatur obligatio, priori in posteriorem transfusa
l. 1. ff. de Novat. §. 3. Instit. quib. mod. roll. obl. Prioris itaque contra-
ctus vires per novationem evanescent l. 2. C. de Novat. l. 18. ff. eod.
E. & per consequens jus exequendi l. 4. §. 4. ff. de re jud. l. 40. ff.
de Minor. Illa tamen nunquam fieri præsumitur nisi id ex-
pressè à contrahentibus actum l. ult. C. de Novat. §. 3. Instit. quib.
mod. solv. obl. vel præscriptione: si instrumentum produ-
ctum fortassis ante 40. vel 50. annos fuerit confectum, atque
ita per præscriptionem jam sit emortuum & enervatum. Sicuti
enim omnes actiones 30. vel 40. annorum defluxu intereunt
l. 4. C. de præscr. 30. ann. ita etiam per tãti temporis decursum hoc
instrumentum expungitur uti ex Br. Bl. Tiraq. asserit Col. p. 4.
c. 1. n. 29. vel culpâ Creditoris, ut puta si ille minoris ex mutuo
sibi obligati curam susceperit non manifestato prius debito,
hoc siquidem casu ille suum debitum perdit Auth. Minores. C. qui
dar. tut. vel Cur. Nov. 72. c. 4. n. 5. Carpz. d. c. 8. d. 22.

XX. Nonnulli etiam hoc requisitum addunt, quòd
Instrumentum debeat esse publicum. Quot autem modis in-
strumentum publicum dicatur. Vid. Coler. p. 3. c. 1. n. 79. C. I. A. de
fid. instr. §. 3. Treutl. vol. 2. d. 5. §. 2. Ab hac tamen sententia & Parladi.
& alii recedunt. Et utut hoc in provinciis & civitati-
bus Italiæ uti Papiæ, in civitate Montis Regalis, Mediolani,
Ferrara

Ferrariæ, Veronæ, & Florentiæ observetur juxta Menoch. *de arb. jud. qu. lib. 2. cent. 1. cas. 17* & *Thuse pract. concl. 31. sub lit. G.* illud tamen aliis locis nullum generat præjudicium. Statuta quippe atque consuetudines locorum in hac materia potissimum attenduntur: quamvis inficias ire non possumus publica instrumenta majori fide esse munita, cum privata pluribus sint fructibus obnoxia, nonnulli siquidem reperiri fuerunt, qui exactè alterius manum imitari sciverunt, quod de Monacho quodam testatum reliquit *Zaf. lib. 2. singul. resp. c. 25* præterea sigilla quoque clanculum surripi atque ita apponi possunt ut meritò discrimen aliquod inter publicum & privatum Instrumentum ponendum esse videatur *Wes. in par. de fid. Instr. n. 6. Treutl. vol. 2. disp. 5. §. 5.* His tamen non attentis in plurimis locis etiam privatis instrumentis hæc vis communicata & attributa est, uti in Saxonia & Ducatu Luneburgico teste *Hahn & Coler. dd. ll.* & in celebrioribus Germaniæ Emporiis. Idem quoque in Hispania per legem Regiam seu Toleranam latam esse docet *Parlad. rer. quot. l. 2. c. fin. §. 5. n. 1. & seqq.* Huc etiam referenda erit charta Blanca vulgò *Blanquet Carpz. p. 1. c. 17. d. 42. Col. p. 3. c. 1. n. 130.* Ab adductis autem falsitatis periculis illa liberat quòd ante executionem decernendam debeant recognosci à Debitoribus. Quin etiam cum consuetudo facere possit Instrumentum Authenticum quod aliàs non foret Authenticum, exinde concludit *Coler. p. 3. c. 1. n. 130. & seqq.* cum *Dd.* ibi citatis quòd si alicubi statuto vel consuetudine receptum esset, ut privatæ scripturæ etiam non recognitæ ad decernendam Executionem paratam plena fides adhiberetur, quòd illi meritò sit standum.

XXI. Perspectis itaque jam cæteris causis ad finem deproperandum, qui cum effectu hinc ferè coincidit, itaque effectus facilè indicabit, ad quem finem Guarentigiata Instrumenta fuerint introducta.

XXII. Effectus Universalis est parata Executio. Cum autem in hac totius rei cardo versetur, hæc pars aliquantò penitiùs erit trutinanda. Circa totum hunc igitur executionis processum potissimum veniunt consideranda 1. Subjectum 2. Objectum 3. Modus seu forma procedendi. Ad subjectum pertinent personæ 1. petitoris 2. Rei, 3. Judicis.

XXIII.

XXIII. Quod ad petentium personas spectat sciendum, quod hoc jus proutum sit i. principali Creditori, qui in instrumento nominatus est. Creditoris nomen hinc generalius accipimus pro eo qui quocumque inter mediante contractu fidem alterius sequitur, ut l. 1. ff. de reb. cred. l. 11. & l. 12. ff. de V. S. non in specie pro eo tantum creditore, qui mutuo pecuniam dedit. vid. Nobil. & Excell. Dn. Rebhan. Patronus & Præceptor meus summè respiciendus. Hodeg. iur. ch. 2. §. 24. clim. 3. parall.

XXIV. 2. Fidejussori qui vel realiter solvit vel alio modo satisfacit Creditori, quales satisfaciendi modi describuntur in l. 9. §. 3. ff. de pignor. act. Hic etenim cum sua satisfactione ad se principalis obligationem redemerit, rectè quoque ipse paratam intendit Executionem, ne videlicet deterior sit conditio fidejussoris quàm Rei principaliter obligati Bald. in l. f. C. de us. rei jud. arg. l. un. C. de Cupr. lib. 11. Everhard. in top. loco à Correlat. n. 10. Naturalis quoque æquitas hoc suadere videtur, neque hinc cum Dd. inter fidejussorem judicatum solvi & fidejussorem qui contractui adhibetur distinguendum. Idque ita in praxi vigere testatur Col. p. 1. c. 10. Quin imò etiam si fidejussor Creditori nondum satisfacere, vel ab ipso realiter nondum fuerit exactus sub sit tamen justa causa, ut si debitor diu in debiti solutione tardaverit, aut interim bona sua dissipare cœperit, vel facultatibus labi, vel si condemnatus fuerit poterit hac via contra illum experiri ut indemnitate & securitatem consequatur c. fin. X. de fidej. & sic à fidejussione liberetur Heig. q. 7. p. 2. n. 46. & seqq. idque per sanctionem Rudolphi II. in Marchionata Lusatia obtinet, cujus hæc sunt verba: so soll es ins künfftig dergestalt gehalten werden / wann der Bürge auß krafft der angegebenen Hauptverschreibung zur schleunigen hülff und einweisung verwarner / so soll auß desß Bürgen ansuchen wider den Hauptschuldener gleicher gestalt mit verwarnung zur schleunigen hülff vnd einweisung / und so wol mit der hülff und einweisung in seine Güther verfahren werden / ungeachtet ob gleich der Bürge die würckliche außzahlung noch nicht gethan hat / dawider dann auch der Hauptschuldener mit einigerley dergleichen einsage oder vorwendung nicht zu hören Hering. de fidei. c. 26 n. 9. An autem & ille qui se principalem constituit debitorem possit viâ executivâ

proce-

procedere non immeritò quæritur. Sunt qui affirmant, sunt etiam qui negant. Sed res distinctione non inconcinnè poterit expediri utrum se principalem constituerit animo novandi vel citra illum. Illo casu cum in persona principalis exspiraverit obligatio & transmigrarit in ipsum constituentem cessat hoc beneficium *l. 6. C. de non num. pec.* Hoc verò casu beneficio Executionis non privatur Hering. *de fidej. c. 27. n. 67. 74. 81. 82. Gail. 2. O. 29. Carpz. c. 18. p. 2. d. 2.*

XXV. Competit 3. etiam Heredi tam fidejussoris quàm Creditoris, licet in instrumento expressa mentio de eo non sit facta, dummodo per particulam taxativam planè non sit exclusus: quia plerumque tam Heredibus nostris quàm nobismetipsis cavemus *l. 9. ff. de prob.* Et in dubio etiam Heredibus quis prospexisse præsumitur *l. 8. §. 4. ff. de pign. act.* nihilque interest quomodo successerint. Imò Emptori quoque Hereditatis hoc jus acquiri apparet ex *l. 5. C. de Hered. vel act. vend.* cum eodè jure utatur quo is cujus persona fungitur. 4. Successori particulari uti Legatario cui instrumentū Guarentigiatum relictū est, si tamen ipsi quoque traditum fuerit, licet enim Parlad. *l. 2. c. f. p. 3. §. 3. n. 8.* ipsi utilem quoque actionem cessis etiam nondum actionibus tribuat per *l. 18. C. de legat. attamen* cum hinc interminis instrumentorum, quæ ex vi statuti vel consuetudinis paratum habent executionem versemur, & hæc necessariò judici sint exhibenda (prout infr. dicetur) antequam jus exequendi impetrari possit, consequenter quoque statuendum erit tradita prius oportuisse ista instrumenta antequam quis ad petendam Executionem possit convolare.

XXVI. 5. Successori singulari, cui nimirum per titulum Donationis, Venditionis &c. cessum est instrumentum, qui aliàs in jure procurator in rem suam dicitur. Et quòd cessionario hoc jus competat affirmat Br. Bl. Salic. & alii à Parlad. & Col. *cit. d. l. c. 2. n. 31. Carpz. p. 1. c. 17. d. 33.* etiam si cessio facta fuerit non intercedente debitoris consensu *l. 2. C. de Donat.* Requiritur tamen ut cedatur juxta formam seu modum *in l. 22. & 23. C. Mandat.* Ab Anast. & Justin. præscriptum quarum ll. explicationem tractat Parlad. *d. c. p. 3. §. 4. n. 6. & seqq.* Cessio autem facta probari debet apud Judicem per aliud instrumentum nam si
C
velit

velit per testes vel alias probationes judici fidem facere, frustra agit, & remittendus erit ad iudicium ordinarium Berl. c. 55. n. 45. In quo cessionis instrumēto requiritur præterea ut titulus exprimatur, quò utilem possit actionem suo nomine acquirere quam in cessionarium tantum transire probatur arg. l. 3. C. de Novat. l. ult. C. quand. fisc. vel. priv. debit. Directa siquidem ipsius Creditoris ossibus inhæret, eumque tanquam lepra leprosum sequitur Suth. diff. 18. Aph. 6. Parlad. d. § 4. n. 15. exceptis tribus casibus in d. l. 3. C. de Novat. contentis. Ex hac autem ratione titulus ex instrumento abesse nequit, quia ex nuda traditione non præsumitur donatio, venditio &c. sed probanda venit l. 31. ff. de Acq. rer. dom. Sed si isthæc clausula instrumento guaranteegiato fuerit inserta, sicuti hodiè ferè consuevit, Ich gelobe meinem Gläubiger / seinen Erben und Erbnähmen / oder sonstem treuen Brieffs innhabern qui aliàs detentator vocatur vid. Besold. Thes. pr. lit. 1. n. 14. quæritur hoc casu an & tali incumbat titulum suum docere. Sed rectius hoc ab eo non exigitur, quia paria sunt vel ipsi creditori vel alii ejus voluntate solvere arg. l. 22. §. 12. ff. solut. matr. l. 11. §. 5. ff. de pign. act. opus tamen est, ut demonstret, ex voluntate ac traditione domini se accepisse, & proinde bona fide illud fuisse nactum. Licet nonnulli Dd. in diversum abeant, neque bonæ fidei probationem ab hujusmodi detentatore requiri contendant quos refellit Coler. d. tr. p. 2. c. 2. n. 77. & seqq.

XXVII. Alieno quoque nomine datur, ut 6. procuratori, & siquidem ipsi speciale ad hoc mandatum fuerit tributum quin possit principalis nomine Executionem postulare, nullus de eo est scrupulus: sed dubitatur, An etiã & illi qui generale tantum ad litem movendam mandatum habet contra obligatum idem sit cõcedendum. Receptior tamen est Affirm. sententia arg. l. 12. ff. de solut. arg. l. 11. ff. de Adm. rat. l. 1. §. 1. ff. quod iuss. tum quia nullibi reperitur prohibitus. E. dicendum quòd permissus l. 18. ff. de Testib. l. 12. §. 43. ff. de Instruct. vel Instr. leg. tum denique quia in omnem casum de rato potest cavere, quæ cautio sufficit in defectum specialis mandati l. 26. ff. de Minor. siue autem generale siue speciale mandatum ponamus, requiritur insuper ut de mandato suo doceat, non etenim sufficit instrumentum

mentum principalis sui coram iudice proposuisse ac exhibuisse, cum adhuc incertum sit utrum illud ex alia causa ad eum pervenerit. Si verò de Mandato ambigatur cautio de rato interponenda erit *d.l.26. ff. de Minor. l.39. §.6. & seqq. ff. de procur. cum rati habitio comparetur mandato c.10. X. de R. l. in 6. Add. Gail. 1. O. 133. Berlich. concl. 55. n. 42. 43. Gilhaus. arb. iur. Civ. c. 10. §. 13. n. 4.*

XXVIII. Et summam 7. omnibus iis qui à lege vel statuto ad administrationem bonorum alterius sunt vocati & adhibiti, ut sunt Tutores, Curatores, dummodo repertorium & Inventarium confecerint, cum ante illius confectioem nihil valeant, attingere vel gerere, nisi quod dilationem nec modicam possit expectare *l. 7. pr. ff. de Admin. & per. tut. l. ult. §. f. C. Arb. tut.* His annumerandi veniunt Prælati Ecclesiarum & Communitatum, Item Oeconomi, Hospitalarii & alii similes, qui in administratione rerum sibi commissarum dominorum loco censentur. *l. 56. §. 4. ff. de furt. l. 7. §. 3. ff. pro Emt. c. 2. & 3. dist. 89.* Non refert autem in omnibus prædictis personis utrum sint cives & subditi eius territorii in quo tale statutum vel consuetudo viget, an verò sint forenses ac extranei; licet Rebuffus ad *Ord. Reg. Gall. tom. 1. de Obl. lit. art. 6 gloss 3. n. 43. & 44.* contrarium sentiat allegatus à Gilhaus. *arb. Civ. iud. c. 10. §. 4. n. 8.* Ex enumeratione itaque harum personarum, facile à contrario sensu potest elici quæ personæ hîc excludantur & quæ sub aliis comprehendantur. Et generaliter sciendum quòd qui legitimam in iure standi personam, vel ex lege, vel ex consuetudine non habent, vel pro aliis postulare nequeunt, ab hoc beneficio arceantur, de quibus vid. *Wes. in par. de iud. n. 17. Treutl. vol. 1. d. 8. §. 2. Parlad. c. f. p. 3. §. 2. n. 9. & seqq.* Hoc etenim requisitum non tantum in ordinario verum etiam extraordinario & summario iudicio dominatur, ut ex *Bald. refert. Parlad. d. p. 3. §. 1. n. 7.*

XXIX. Subjicienda nunc erunt personæ contra quas parata intentatur Executio. Et conceditur 1. contra debitorem principalem, qui in instrumento nominatus est sive conveniatur à Creditore sive Fideiussore, nec refert cujus sexus sit, quamvis manus injectio in personas fœminarum ob debitum sit prohibita *Nov. 134. c. 9. Nobiliss. & Consultiss. D. Bicc. Patronus*

tronus & Præceptor meus semper colendus in *Aur. sect. 5. §. 158.*
fœmina tamen in iis tantùm casibus potest cõveniri, quibus in-
tercedere potest quos recenset *Tr. vol. 1. d. 25. §. 4. & 5. 2. Contra*
Correos. 3. Fidejussores. 4. & confidejssores. Ber. pr. concl. 55.
n. 34. Si tamen à fidejssore contra ipsos hoc jus intentetur, de-
monstrare is priùs debet, quòd ipsi à principali actiones cessæ
fuerint. Nam fidejssori etiam solidum solventi regressus ad-
versus confidejssores denegatur nisi cessis actionibus *l. 11. C. de*
fidej. l. 39 ff. eod. & Bus. ibid. Dn. D. Bicc. in Aur. sect. 4. §. 74. Carpz.
p. 2. c. 17. d. 16. Wel de fidej. n. ult. Heig. p. 1. qu. 38. 5. Adversus Here-
des, quia defuncti personam sustinent, & in ipsius jus tam acti-
vè quàm passivè succedunt arg. l. 19. ff. de jud. Ad hoc autem ut
Executio locum habeat non sufficit quem esse scriptum Here-
dem aut proximum à defuncto, sed est necesse ut demonstre-
tur ipsum vel adisse vel se immiscuisse Hereditati, quod etiam
is fecisse videtur qui se pro herede gerit, i. e. qui aliquid facit
quasi hæres l. 20. l. 87. ff. de Acq. Hered. uti etiam & is qui intra
tempus sibi à jure præstitutum tacuerit l. fin. §. 14. C. de iure delib.
6. Generaliter contra omnes qui successorum universalium
loco habentur ut sunt 1. Fidei commissarius Universalis l. 1. §. 2.
ff. ad SC. Trebell. D. Bicc. in Aur. sect. 3. §. 114. 2. Legatarius cui pars
Hereditatis relicta est Parl. c. f. p. 4. §. 2. n. 1. 3. fiscus qui delin-
quentis bona occupavit l. 31. ff. solut. matr. His addit Parl. d. l. n. 2.
4. Monasterium quod universa religiosi bona possidet & 5. Exe-
cutores testamentarios utpote quibus anima defuncti relicta
est. 6. Emptor Hereditatis, in isto tamen solummodo casu, si
venditor ad inopiam redactus solutionem præstare nequeat
l. 2. C. de Hered. vel act. vend. l. 2. C. de pact. 7. An contra donatarium
omnium bonorum viâ executivâ possit procedi vid. omninò
Boër dec. 204. n. 41. cum seqq.

XXXI. 7. Contra Usumfructuarium. Veruntamen
hîc non uno modo distinguendum. Aut enim ex propria sua
persona convenitur, & tunc rectè parata contra ipsum Execu-
tio locum habet non ut ipsum jus utendi ab ipso aufe-
ratur, cùm id fieri nequeat § 3. *Instit. de Usufr. l. 66. ff. de i. d. v. l. 1.* sed
tantùm utilitas & commoditas ex usufructu redundans. Si
verò ex aliena persona, hoc casu ipsi vel certæ alicujus rei
ususfru-

Et. 5. 0. 158.
uibus in.
2. Contra
concl. 55.
terur, de
nes cessa
ressus ad
s. l. II. C. de
4. Carpz.
sus Here.
tam acti.
autem ut
um Here.
monstre.
od etiam
quid facit
qui intra
ture delib.
ersalium
lis. l. I. §. 2.
s cui pars
ui delin-
rl. d. l. n. 2.
& 5. Exe-
ti relicta
casu, si
nequeat
atarium
omnino
ntamen
pria sua
Execu-
so afe-
ns. Si
jus rei
ususfru-

ususfructus est relictus, & contra ipsum executionem non di-
rigi extra dubium est: vel ususfructus omnium bonorum aut
quoræ Hereditatis, & tunc æs alienum ex bonis deducitur l. f.
ff. de usufr. leg. l. 69 ff. ad l. Falcid. Itaque adversus hæredem execu-
tionem postulari non contra Usufructuarium convenien-
tius est 9. Eodem modo & contra Vasallum sc. ut fructibus &
commodis feudi careat, quibus autem casibus ipsum feudum
transferatur in Creditorem vid. Gail. l. 2. de P. P. c. 17. n. 16. & I.
O. 117. n. 8.

XXXI. 10. Contra civitatem quoque executionem
paratam dari receptum est arg. l. 11. ff. de pign. arg. l. 27. ff. de reb. cred.
si modo consenserint cives, aut pecuniæ in civitatis utilitatem
versæ fuerint Carpz. p. 2. c. 6. d. 18. 19. quod onus probandi cre-
ditori incumbit per l. 1. C. de solut. & liber. Debit. Civ. lib. 11. Auth. hoc
juer. C. de SS. Eccl. arg. l. 16. C. de prad. Min. etiam si dictum sit in ipso In-
strumento pecuniam in rem civitatis versam esse Col. p. 2. c. 3.
n. 352. Carpz. d. d. 19. n. 7. 8. & 9. Limitatur tamẽ illud à Carpz. d. c.
d. 20. & Heig. p. 1. q. 34. n. 8. Alioquin enim soli Administratores
huic periculo subjacebunt d. l. 27. C. de reb. cred. Carpz. d. c. 6. d. 21. Et
hoc præjudicio aliquo confirmat Coler. p. 2. c. 3. in quibusdam
consulibus qui commune civitatis sigillum de collo gestantes
undique hac occasione pecuniam corraferant. Sed cum non
eodem modo Republicæ constitutæ sint spectandum erit in
unaquaque qualis potestas magistratui collata.

XXXII. 11. Contra Minores ætate, quippe contra Cu-
ratorem vel Tutorem pro debito minorum vel pupillorum
Executio non decernitur l. 1. C. quand. fisc. vel priv. l. 4. §. 1. ff. de Re.
Iud. Coler p. 3. c. 3. n. 256. Carpz. c. 32. def. 14. p. 1. Ante omnia tamen
minori curator est constituendus arg. c. f. de Iud. in 6. quem Cu-
ratorem etiam invitus accipere tenetur l. 1. C. de in lit. dand. Cur.
§. 2. Inst. de Cur. Hoc similiter quoque obtinet in pupillo, si mo-
dò excederit infantiam per l. 3. §. 2. ff. de Tut. Quid v. si infans non
habeat Tutorem, quomodo sibi consulat creditor? duo reme-
dia ex Ioh. Fab. in §. 1. Inst. de Curat. adducit Parlad. quibus tamen
ipse aliquod expeditius subnectit d. c. f. p. 4. §. 4. n. 4. & 5. 12. Con-
trarium interdum possessorem locum habet, ut si i. Debitor
alienaverit res suas in fraudem Creditoris, quæ alienatio non

C. 3. substi-
subsi-
subsi-



subsistit §. 6. *Inst. de Act.* 2. Contra debitores debitoris interdum porrigitur, si alia bona non adsint, & ipsi quoq; per Instrumentum guarentigiatum intermedio debitori sint obstructi, *arg. l. 15. §. 8. ff. de Re. Jud.* suppetit aliàs etiam hoc casu aliud remedium, ut possimus illis denunciare ne solvant nostro debitori *l. 21. ff. ad SC. Trebell.* Præter has species & multas alias cumulat. *Parlad. d. p. 4. §. 5.* ubi tamen notandum ex iis multas hîc commodè non referri, cum hîc nobis tantùm sit sermo, de isto Executionis genere, quod ex Instrumentis Guarentigiatis dependet. *Add. Coler. p. 2. c. 3. n. 432. & seqq. Carpz. p. 1. c. 32. d. 24. Bertach. repert. Jur. verb. guarentigia.*

XXXIII. Sequitur jam Judicis persona, quæ necessariò in hac causa desideratur, cùm Executor ante omnia Judicis commissionem debeat ostendere *arg. l. 5. C. de I. fisc. l. fin. C. de bon. vac. lib. 11.* Cæco etenim impetu nõ statim ad Executionem pro- volatur, sed cursoria aliquali cognitione est opus, an & quare processus ita sit instituendus *arg. l. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog.* Non promiscuè verò omni judici hæc potestas competit. Incompe- tens quippe privati loco habetur, nec iudicium consistit & ju- dicatum habetur pro nullo, *l. 1. §. fin. ff. ad SC. Tertull. l. 1. §. 1. versic. hæc verba ff. quod quisq. iur. l. fin. C. de Ed. D. Hadr. toll.* Competentia v. resultat ex duabus causis scil. ex foro quod reus sortitur, & ex qualitate Jurisdictionis, quæ in ipsius persona radicata est. Sortitur forum Reus i. ratione domicilii proprii non paterni nec originis *Coler. p. 4. c. 1. n. 54. & seqq. Gail. 2. O. 36. n. 5. & 6.* sed quod quisque sibi ipsi constituit, Pluribus autem locis potest quis sortiri domicilium, non tantùm ubi quis focum & larem extruxit, sed etiam ubi majorem suorum bonorum partem lo- cavit ibiq; frequenter cõmoratur *l. 5. ff. ad. Munic. l. 77. §. 2. ff. eod. c. 15. X. de for. comp.* Secus itaque erit, si non animo sedis ibi figen- dæ commoretur, uti sunt qui studiorum causâ in aliquo loco degunt, ipsorumque parentes qui frequenter illuc commeant & conversantur. Illi tamen si ultra decennium in uno loco ha- serint præsumuntur ibi sedé fixisse *l. 2. C. de Incol. & ubi quis. lib. 10.* Exemplum adducit *Col. p. 2. c. 1. n. 40.* de quodâ nobili suo Com- mensali qui per totos 50. annos Lipsiæ habitavit, non tam stu- diorû sed sodalitiî causa, cùm præter Biblia & aliquod Dictio- narium pulvere satis obruta nullam aliam librorum supelle- ctilem possideret.

XXXIV.

XXXIV. 2. Ratione contractus l. 19. §. 1. & 2. ff. de iud.
l. 1. C. ubi de ratioc. ita tamen si contrahens ibi reperiatur c. 1. §.
contrahentes de for. comp. in 6. vel ibidem habeat pergulam ta-
bernarn armarium vel officinam d. l. 19. §. 2. ff. de iud. & licet ci-
tatio Judicis in loco contractus non adstringat ipsam perso-
nam ad comparendum, idem tamen destinatur ut citatus ha-
beat litis scientiam, utque deinceps in contumaciam Judex
ad missionem in bona procedere possit c. 1. §. contrahentes de for.
comp. in 6. Col. p. 2. c. 3. n. 6. Gail. 1. O. 56. n. 45. Hoc autem forum
non destruit forum domicilii sed forum foro accumulatur, quod
actori hanc utilitatem præbet ut si fortassis in uno foro instru-
menta Guarent. paratam executionem non mererentur, quod
tunc alterum sibi locum possit eligere. Excipiuntur tamen Le-
gati, qui licet in foro contractus commorentur ob contractus
tamen antea ibidem celebratos, executionis metu sunt exem-
ti: jus enim domum revocandi ipsis competit l. 2. §. 3. ff. de iud.
l. 24. §. 1. ff. eod. secus si tempore legationis contraxerint; aliàs
enim potestas legatis daretur sub hac specie res alienas domū
auferendi l. 25. ff. eod. l. 24. ff. eod. vid. Hahn ad Wesenb. tit. de iud.
n. 16. 3. Ratione loci destinatae solutionis quia ibi contraxisse
intelligitur per l. 21. ff. de O. & A. c. 1. §. contrahentes de for. comp. in
6. cum l. 19. §. 4. ff. de iud. De Jur. Sax. hoc satis liquet per. Landr.
l. 1. art. 70. §. agatur & actione. 4. Ratione situationis bonorum;
non aliter autem nisi ubi in rem agatur l. ult. C. ubi in rem c. fin.
vers. de for. comp. Hahn. d. l. 5. Ratione conventionis specialis;
ut si debitor creditori facultatem dederit ut quovis loco ipsum
possit convenire Panormit. in c. 1. n. 22. extr. de iud. Gilhauf. arb.
jur. Civ. c. 10. §. 12. n. 6. 6. Vagabundus & fugitivus ubicunque
reperi fuerint ibi forum sortiuntur & propterea si deprehen-
dantur in loco ubi parata executio viget ex instrumento Gua-
rentigiato executoriè contra ipsos Judex potest procedere
Coler. p. 2. cap. 1. n. 89. per rat. & Dd. ib. Gilhauf. arb. iud. cap. 10.
§. 12. num. 5.

XXXV. Quoad Judicis propriam personam spectan-
da venit qualitas & conditio ipsius Jurisdictionis. Hæc autem
ex Jure Justiniano non potest erui cum hodierna tempora ab
istius Jurisd. natura longè diverterint, sed potius ex observan-
tia &

tia & usu uniuscujusq; Reipublicæ hoc erit metiendum Hahn
ad *Wes. de Jurisd. n. 8. verb. prorogata*. De Jure autem Sax. omnis
Jurisdictione quæ ad causas spectat dispescitur in superiorem &
inferiorem. Illa vocatur das Obergericht / Peinlich- Gericht /
Halßgericht / Blutbahn wann die Klage an Haut vnd Haar ge-
het / complectitur autem omnem graviorè delictorum animad-
versionem cum vulneratione sanguinolenta Hahn. *d. l. quo-*
rum singulas species enumerat Coler. p. 2. c. 1. n. 137. Hæc scil.
inferior Jurisd. Germanicè vocari consuevit das Erb- Nieder-
oder Untergericht quæ cæteras causas comprehendit tam pecu-
niarias quàm aliorum leviorum delictorum coërcitionem ci-
tra vulnerationem vid. Col. *d. l. n. 138.* Ad hujus igitur Judicis
inferioris forum instrumenti Guarentigiati processum venti-
lari ex jam dictis liquet.

XXXVI. Perlustrato igitur subjecto ad Objectum fe-
rimur. Ad quod spectandum quæ bona paratæ Executioni
subjaceant: Et generaliter præmittendum omnia bona quæ
sub iudice competente deprehenduntur hoc nexu esse devin-
cta. Conceditur itaque Executio vel in omnem bonorum sub-
stantiam vel in partem aliquam, quæ cum debiti liquidi por-
tione congruat *Auth. & qui jurat. C. de reb. Auth. Jud. poss. nisi vel*
privilegium aliquod personæ vel rerum hoc moderetur & re-
stringat.

XXXVII. Et quidè 1. Ratione personarum 1. nonnulli te-
nentur in id tantum quatenus facere possunt, quod beneficium
vocatur competentia de quo & quibus id competat vid. *Carp.*
6. 32. p. 1. d. 15. 16. 17. 18. & 19. Treutl. vol. 2. disput. 24. §. 4. lit. H.
2. Heres partiarus tantum tenetur pro sua quota & portione
nisi pignus vel Hypotheca intercesserit *l. 1. & 2. C. de Hered. act.*
Carpz. n. 1. c. 32. §. 24. n. 2. 3. Heres qui cum beneficio Inventa-
rii Hereditatem adiit pro modo facultatum defuncti nec ul-
tra vires Hereditatis tenetur *Treutl. vol. 2. disput. 12. §. 9. lit. B.* 4.
Confidejssor si ab altero fidejssore conveniatur non nisi de-
tractâ quotâ petitoris exigitur *Col. p. 2. c. 2. n. 11.*

XXXVIII. 2. Ratione rerum 1. Bona hereditatis ja-
centis *Col. p. 2. c. 3. n. 405. & seqq.* ubi tamen limitat 2. Mobilia
transitoria veluti jumenta, pecunia, merces, quæ debitor for-

taffis

caſſis per alias provincias tranſvehere deſiderat, & hac ratione
in aliquo loco per unum atque alterum diem quieſcunt niſi
locus domicilii, geſtivè contractùs aut deſtinatæ ibidem ſolu-
tionis concurrant *l. 19. §. 2. ff. de iud.* De conſuetudine tamen
contrarium obtinuiſſe teſtatur *Col. d. l. 1. 3. n. 34.* 3. Bona Ec-
cleſiis ſemel addicta cùm Laicorum conſtitutiones non ligent
Clericos *Auth. caſſa & irrita C. de ſſ. Eccl. c. 7. extr. de Conſtit. ſecus*
tamen eſt in reſcitib. Clericorum *c. 2. extr. de fidei. Coler. p. 2. c. 3.*
n. 289. 4. Inſtrumenta Agricolarum ne propter neglectam
agrorum curam reſpublica aliquid detrimenti capiat *l. 7. l. 8.*
Auth. Agricultores. C. quæ res pign. 5. Arma militum eorumque
ſtipendia niſi alia bona defecerint *l. 4. C. de Execut. rei iud. Col.*
p. 2. c. 3. n. 137. 6. Libri Dd. & ſtudioſorum aliaq; quæ ſtudio-
rum cauſâ habentur, quamvis huius ſæculi avarities neque iſtis
parcat *Col. d. c. 3. n. 148. Berlich. concl. 55. n. 86.* 7. Lecti, veſtes vul-
gares, & alia quæ ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem requirun-
tur; ut quæ in *l. 6. & l. fin. ff. de alim. & lib. leg.* ſub alimentorû no-
mine veniunt: debitoribus per paratam executionem aliis exi-
ſtentibus bonis nequeunt ferri, *fac. l. 1. C. quæ res pign. l. 6. ff. de*
pign. 8. Bona uxoris dotalia vel paraphernalia pro debito ma-
riti *Carpz. d. c. 32. p. 1. d. 20.* idque maximè J. Sax. quo conjuges
in tali indiſſolubili communionem omnium bonorum hinc in-
de illatorum & acquiſitorum conſtituti ſunt, ut eorum poſ-
ſeſſio ſit penes utrumque pro indiviſo *Landr. l. 1. art. 31. & art.*
15. §. daß weib. Alia eſt ratio fructuum qui indubitatè pleno ju-
re ad maritum pertinent *Landr. lib. 2. artic. 58 verſ. deß Mannes*
ſaat. E. & parata Executio his quoque locum invenit. 9. U-
ſusfructus. de quo *vid ſupr. §. 30.* 10. Feudum ex ratione texti
2. Feud. 55. cap. 1. quod tamen non una indiget limitatione
vid. Coler. p. 2. c. 3. n. 282. & ſeqq. Gail. 1. O. 117. n. 8. & lib. 2. de P. P.
117. n. 16. & ſeqq. Carpzov p. 1. c. 32. d. 25. Berlich. concl. 55. nu. 61.
11. Bona ſingulorum civium periculo paratæ Executionis non
ſubjacent, quando Civitas ex Guarentigiato inſtrumento eſt
obligata per *l. 7. §. 1. ff. quod cujuſque univ. nom. l. 2. ff. cod. fac. l. fin.*
verſ. prov. C. de vend. reb. civ. in bona etenim communionis ſeu
Univerſitatis poſt moram manus injiciuntur, niſi ſingulorum
nomina ſpecialiter in inſtrumento guarentigiato fuerint in-
ſerta, vel ſi non tantùm bona univerſitatis vel communionis,

D

ſed

sed etiam universorum & singulorum fuerint obligata Col. d. c. 3. n. 369. & seqq. vid. tamen Parlad. p. 5. §. 3. n. 38. qui nonnulla universitatis bona excipit in quibus parata Executio non admittitur. 12. Res litigiosæ l. 15 §. 4. ff. de Rejud. Dn. Bicc. in Aur. sect. 5. p. 156. 13. Nobilibus quoque in Hispania concessum esse, ut illis neque equus nec mula quibus utuntur nec arma domusve quam inhabitant, in causam executionis capiantur testatur Parlad. d. c. f. p. 5. §. 3. n. 29. His & alia quoque possunt addi vid. Parlad. d. §. 3. Coler. d. p. 2. c. 3. Gilhaus. arb. iur. Civ. cap. 10. §. 14. Berlich. d. concl. 55. n. 78. & seqq. Bertach. repert. lit. G. voc. Guarantigiat.

XXXIX. Restat nunc forma procedendi: Hic verò in limine præmittendum, quòd Creditor antequam ad hoc remedium decurrat, priùs de tempore debeat circumspicere, an scil. dies cesserit & venerit. Aliàs enim tempore plùs peteret, damnumque non leve incurreret profusis frustra sumptibus c. 1. extr. de plus pet. §. 33. Inst. de Act. §. 10. in f. Inst. de Except. idque adeò verum est ut ne quidem pro obligationibus executivis etiam juratis possit ad manus injectionem deveniri nisi vel terminus elapsus aut aliter reus vel per ipsum creditore vel per alium ejus nomine saltem extra judicialiter requisitus fuerit Col. p. 3. c. 3. n. 3. Moram itaque à parte debitoris commissam oportet, quæ ubi certus dies adjectus fuerit ex solo temporis lapsu uti dictum est inducitur, cum dies interpellat pro homine. Hac commissâ processus rectè inchoatur, qui non incommodè in tres actus potest distingui.

XL. In I. actu Creditor Judicem competentem debet adire pro decernenda executione, quia aliàs Judici de Jure Creditoris, quod ex facto nascitur nihil constaret arg. l. 31. l. 32. §. 2. ff. ad l. Aquil. Berlich. pr. concl. 56. p. 1. n. 2. nec enim Judex proprio motu executionem potest decernere l. 4 §. 8. ff. de damn. inf. l. 2. C. de naufr. licèt autem bellum solennem non cogatur exhibere, aliqualis tamen petitio est necessaria Heig. p. 2. q. 7. n. 30. Gail. l. O. 113. n. 11. ut Judex possit deprehendere, an causa exequendi sit justa & ut reus instrui possit qua de causa citetur, & dispicere de exceptionibus si quas habet opponendis, item ad recognoscendam manum & sigillum suum. Illa verò petitio sive

no sive oretenus proferatur sive in scriptis exhibeatur de Jure Saxon. nihil refert Col. p. 3. c. 8. n. 24. ita tamen ut si oretenus fuerit prolata, postea in scripturam redigatur & in actis registratur, quod Judex in promptu testimonium habeat, se proprio animi motu ad executionem decernendam non proruisse. Formulam hujus qualis qualis petitionis consignat Coler. d. p. 3. c. 8. n. 9. & seqq. Berlich d. concl. 56. n. 5. Cum hac petitione simul etiam Guarentigiatum instrumentum Judici perlegendum offerre cogitur Berlich. d. concl. 56. n. 5.

XLI. In II. actu. His peractis à Judice emanat præceptum executivum ad debitorem, præfigendo ipsi certum terminum, intra quem Creditori satisfaciatur, adjecta comminatione Executionis in eventum moræ, ad quam videndum & ad allegandum suas exceptiones reum citat, quod necessarium esse docet Heig. p. 2. q. 7. n. 31. In Camera verò executoriales legitime parti insinuatæ loco citationis esse scribit Gail. l. O. 113. nu. 4. Hic terminus satisfactioni præstitutus de Jure Civ. & Canon. est quadrimestre l. 2. & 3. C. de us. rei jud. c. 15. extr. de sent. & re jud. De Jure Saxon. hic terminus olim ad unam quindenam erat restrictus Landr. lib. 1. art. 70. vers. daß er zum nehesten von. Weichb. art. 27. in med. versic. er mag sich wol. Hodie jure novissimo indulgetur terminus Saxonicus eine Sächsische frist. Sex septimanarum & trium dierum per text. expr. in Nov. Elect. August. p. 1. constit. 32. post pr. Carpzov. const. 32. p. 1. d. 4. secus vero in realibus petitionibus Id. d. cap. d. 3. Quod tempus in Camera quoque imperiali observari testatur Berlich. concl. 56. n. 12. & seqq. Hic terminus non quemadmodum in ordinariis processibus à decendio post latam sententiam, sed à momento facti præcepti currere incipit, & hic terminus præcisè observandus est nec temere in præjudiciū debitoris vel creditoris coarctandus vel prorogandus, nisi ex justa aliqua causa, ut si debitor in coarctationem termini consenserit vel si creditor ex longinquis regionibus advenerit, neque diu in isto loco sine magno suo damno harere possit per c. 15. extr. de sent. & re jud. l. 2. ff. eod. Carpz. I. F. part. 1. concl. 32. dist. 5. & 6. & in similibus casibus Col. p. 3. c. 6. n. 10. & seqq. Si verò debitor sui copiam non faciat, per edictum erit citandus, si verò ejus bona

sub alio iudice sita sint in quibus parata petitur executio, per literas mutui compensas seu subsidiales expediri ea res poterit *arg. Nov. 134. c. 5. Gal. 1. O. 56. & 57.* In quibusdam etiam locis consuetudine est receptum ut simulatq; iudici constat vel liquet de debito, per signa quaedam extrinseca executionem manifestet *läßt ihm ein Spahn auß der Thüre schneiden/* vel aliquid aliud jubet facere, quo indigit executionem jam ipsius foribus imminere nisi per celerem satisfactionem intra legitimum tempus factam hoc periculum à se amoliat *Coler. p. 3. cap. 8. num. 22.*

XLII. In III. actu Citatione itaque isto modo infinuata vel uterq; praestituto die comparet vel non. Hoc casu siquidem Creditor emanerit edictum habetur pro circumducto *l. 73. §. 1. & 2. ff. de iud.* ita ut illud cassetur, reus ab instantia absolvatur una cum refusione expensarum *l. 79. ff. eod. c. 1. de dol. & cont. in 6.* Jure Saxon. etiam ad multam iudici praestandam potest reus Creditorem urgere *Landr. l. 2. art. 9. Coler. d. p. 3. c. 8. n. 34.* si autem reus per contumaciam emanerit nihilominus Iudex procedere atque executionem expedire potest *text. c. 1. §. contrahentes de for. comp. in 6. Berlich. d. concl. 56. n. 21. Wesenb. de damn. inf. n. 6.* Si verò uterque se listat, Creditor summarie suam intentionem repetit, & instrumentum reproducit ut à debitore recognoscatur, quippe hæc recognitio in instrumento privato est necessaria cum aliàs facile suspicio subnasci posset quòd instrumentum non esset liquidum. Secus autem se habet in publico quoniam ejus fides non vacillat, hocq; sine omni recognitione recipiendum erit *Berlich. d. concl. n. 26. Heig p. 2. quest. 7. n. 31. Coler. d. c. 8. n. 18. 19.* Hoc igitur à reo recognito realiter & effectualiter res ad executionem deducitur. Quis autem ordo in capiendis pignoribus, rebus Debitoris creditori in solutum dandis, & ad dicendis servandus sit, & quando ad subhastationem deveniendum sit, & quomodo ea ritè peragenda, de his omnibus præcipuè statuta & consuetudines locorum attenduntur. Et summatim est unus idemque Effectus iudicati & instrumenti Guarentigiati *Carpzov. l. F. p. 1. c. 32. d. 4 n. 7. Coler. p. 3. c. 9. n. 17.* quocirca quæ forma in illo tenenda etiam in hoc omninò erit sequenda. Qua in materia

materia ne me latius diffundam temporis angustia prohibet. Vid. fusissimè Coler. de proc. Exec. p. 3. c. 9. Berlich. d. concl. 56. Carpz. d. Const. 32. n. 10. & seqq. Gilhaus. arb. iur. Civ. c. 10. n. 20. Parlad. rer. quotid. c. fin. lib. 2. p. 6. §. 3. & seqq. Treutl. vol. 2. disp. 23. §. ult. Umm. de process. disp. ult.

XLIII. Quot igitur particulares effectus & utilitates ex hoc universali derivari possint in amputando longissimam & intricatam ordinarii iudicii telam, in submovendis perniciosis dilationibus, coercendis exceptionibus, castigandis temerariis dilationibus, parcendis sumtibus, dirimendis molestiis & litibus, facilè ex jam dictis constat, & cum instrumenta guarentigiata propter utilitates suas egregias seipsa commendent, nos ab accurata omnium enumeratione abstinemus.

XLIV. Contraria nunc etiam paucis erunt attingenda. Illa sunt arma vel remedia quæ reo competunt ad impediendam executionem: quæ illam vel in solidum perimunt, vel in partem infringunt, vel tantùm suspendunt & differunt. Hic autem statim aliquod dubium suboritur. Quando statuto est cautum, ne contra instrumenta liquida exceptiones admittantur, vel si certæ tantùm exprimantur, an cæteræ similes exclusæ censeantur. Ex. grat. de Jure Sax. contra Instr. Guarent. nulla exceptio nisi solutionis & illiquidationis admittitur, per text. in Ord. prov. de An. 1526. tit. von vorsakten Brieff. vnd Siegeln. Item secundùm constit. D. Eriderici zu Calenberg de An. 1617. wird auff klahre Siegell und Brieffe executivè verfahren / und keine andere Exception als solutionis darwider zugelassen Hahn ad Wes. de fid. Instr. verb. quare cum in stat. Hinc igitur quæritur, annon etiam præter has alia legitima Exceptio locum habeat. Variè hinc inter se Dd. pugnant, multasque distinctiones afferunt. De jure tamen verior est sententia illorum qui exclusas esse putant Berlich. c. 57. §. 1. & seqq. Hic tamen Jur. Saxonici rigor procedente tempore fuit mitigatus, per text. expr. in Ord. Pol. de An. 1612. tit. von Justitiensachen 19. §. dieweil dann dieses suchen vers. daß inhalt der Landes-Ordnung. Idem comprobatur. Ord. Torgav. d. An. 1583. sub tit. von wucherischen contracten §. es treget sich auch. §. daneben Carpz. l. E. d. p. 1. c. 8. d. 17. Hartm. Pist. l. 4. q. 12. n. 7. Berlich. concl. 57. n. 4. exceptionis porrò quæ Executionis

nis cursum impediunt vel concernunt Judicis personam, vel petitoris, vel Rei, vel procuratoris, vel causam & formam ipsam respiciunt, ut si quid in forma instrumenti desideretur vel ratione bonorum, quæ ab executionis nexu sunt libera, vel ratione ipsius processûs oriuntur, si legitimè omnia non observentur, quæ cum faciliè ex iis quæ superius allata fuerunt colligi possint, illa hîc operosè recolligere non vacat. Vid. Berlich. *concl.* 57. qui longissimum exceptionum catalogum 51. species complectentem ex variis Dd. contexit. Add. Coler. *de proc. Exec.* p. 1. c. 1. Gilh. *arb. judic.* c. 10. §. 21. Carpz. p. 1. c. 32. d. 9. & seqq. & p. 1. c. 8. d. 17. & seqq. Et summatim istæ Exceptiones admittuntur quæ ex natura ipsius contractûs dependent, imprimis v. si ex eodem instrumento ab Adversario producto oriuntur Hartm. *Pist.* l. 4. q. 10. n. 13. Carpz. *I. F.* p. 1. c. 8. d. 19. Sunt tamen in continenti probandæ, aliàs enim in reconventionis iudicium rejiciuntur Carpz. *d. c. 8. d. 26.* hoc tempus de Jure Sax. est terminus 6. septim. & 3. dierum Capz. *I. F. d. c. 8. d. 13.* Alij aliter istud tempus determinant, plerique arbitrio Judicis committunt.

XLV. Affinia Instr. Guar. sunt reliqui casus ex quibus parata executio locum habet, qui vel ex Jure Comm. vel ex privilegio vel pacto, causantur, qui cum varii sint non concedit tempus, ut me in illis detineam. Vid. latissimè Coler. *de proc. Exec.* c. 2. 4. 5. 6. & c. Parlad. *d. c. fin.* Gilhauf. c. 10. §. 3. 5. & seqq. His finio sperans veniam si quæ ob instans iter & angustiam temporis minùs accuratè fuerint perpensa:

SOLI DEO GLORIA.



V I R O
CLARISSIMO ET DOCTISSIMO
DOMINO
HENRICO Schutte.

*U*m factam ingenii maturis excutis arcam
Fructibus, & fama carpis anhelus iter:
Diva Themis subito voces in vota resolvit,
Et sacro tales accinit ore modos.
Inclyte Vir, patriisq; novum decus addite terris,
Mox celebres inter conspiciende viros.
Te monstrante viam facies nitet optima veri,
Tuta patrocinio credimur esse Tuo.

libens gratulabar

M. Vibe.

*P*osco tuam cytharam! properes animare Thalia
Fila sono dulci! da mihi Musa lyram!
Pandere quò nostri Pyladis praecordia cantu
Testariq; cheli gaudia nostra queam!
Postulat illud amor, solida sic naufraga nunquam
Faedera amicitiae fidaq; vincla jubent.
Sed modò siste gradum! rursus suspende Thalia
Et retineto lyram! non tua pleetra volo:
Sat tibi nostra patent praecordia; portio cordis
Cum sis magna mei, frater, egoq; tui:
Nil opus externis signis, breve succino votum,
Opto tantatibi, quae precor ipse mihi.

Ex sincerissimo cordis affectu suo Pyladi
hæc paucula ponebat

Bernhardus Speckhane Bremæ

F I N I S.

S

MA
JC

Pr


GO

Ty

(X225 7025)

VDA7







av. 6. quod
& altiore
statim (in
alteradmit
imulationis
erit, facite
Verb. decre
locum non
ctu militat
& cognitio
a, v. th. 4. C
C. h. t. n. 10.
Bis ch. d. D.
si que alia
arsui Acade
spero æqui
pat quædam
ercetera im
communia
is, Docto
e sententiis
sque vero si
a ut proprio
exercito at
si quid con
torem esse i
es controver
a.

HRI-
Eloq. Profess.

175.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,
De
INSTRUMENTO
GUARENTIGIATO,

1884

Quam
D. T. O. M. A.

EX
DECRETO ET AVTHORITATE
MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET
AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM
ordinis, in celeberrima Universitate
Argentoratensi

*Pro consequendis in utroque Jure Honoribus
ac privilegiis Doctoralibus*

Publicè ventilandam exhibet
HENRICUS SCHWEE
BREMENSIS.

Ad diem 19. Septembris, loco horisq; consuetis.

ARGENTORATI,
Typis **JOSIA STÆDELI**, Academiae Typographi.
M. DC. LIII.

Pra. 23. num. 5.
8
1653, 7.

